



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

xxij. De Capellis Monachorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

nis comperit, præscriptionem currere dignoscatur<sup>a</sup>.

<sup>a</sup> cap. acceden-  
tes. extr. de  
præscripti.

Qui uisitare possint, & quòd Archiepi-  
scopus potest uisitare prouinciam, etiam cum  
suffraganei non sint negligentes. h. d.

<sup>b</sup> cap. felicis.  
eo. tit. in 6.  
& clē. 1. d.  
tit. et cap. so-  
pitæ. &  
cap. cum in-  
stantia. ext.  
cod. tit.

Visitandi<sup>b</sup> verò sollicitudo nõ  
modò incumbit Episcopis, ve-  
rùm etiam Archiepiscopis, Pa-  
triarchis, sedis Apostolicæ lega-  
tis, nuncijs, archidiaconis, & de-  
canis: qui quidem ne non tam  
diuina, quàm propria quæsiuif-  
se uideri possint, cautè prospici-  
ent, ut ea, quæ tam generali<sup>c</sup>,  
quàm Lateranensi Concilio<sup>d</sup>  
continentur, & quæ Innocen-  
tiana<sup>e</sup> constitutione, atq; alijs  
Canonibus salubriter constituta  
comperiuntur, inuiolabiliter  
obseruent. Quod autem dixi-  
mus, Archiepiscopis uisitare li-  
cere prouinciam, ac procuratio-  
nes à locis recipere uisitatis, tunc  
etiam sibi locum uendicat, cum  
eius suffraganei argui negligenti-  
æ nomine non possunt: nec  
enim propterea minus suam li-  
berè uisitare prouinciam pote-  
runt.

Ob oratorium non est exigenda procura-  
tio, & ob urgentem necessitatem potest Epi-  
scopus exigere charitatum subsidium. h. d.

<sup>f</sup> cap. si. ext.  
cod. tit.

Postremò<sup>f</sup> admonēdi sumus,  
propter priuatum oratorium,  
in quo quis interdum celebrat,  
procuraciones, quæ uisitationis  
ratione debentur, à quoquam  
exigi, uel extorqueri non posse:  
sed nec alijs exactionibus sub-  
ditos suos Episcopi grauare de-

bent<sup>g</sup>, nisi quandoque eisdem  
multæ superueniant necessita-  
tes: quibus casibus, si manifesta  
ac probabilis causa extiterit, cum  
charitate moderatum ab eis po-  
stulare subsidium sustinendi  
erunt.

<sup>g</sup> cap. cum a-  
postolus. 5.  
prohibemus.  
ext. cod. tit.

## DE CAPELLIS Monachorum,

### TITVLVS XXII.

Omnes Ecclesiæ positæ in diocesi subsunt  
Episcopo, etiam monasteria, & monachorum  
capellæ, nisi defendantur priuilegio, uel præ-  
scriptione. h. d.

Vsque adeo autè omnes ba-  
silicæ<sup>h</sup> per diuersa loca cõ-  
structæ in Episcopi, in cuius  
territorio politæ sunt, pote-  
statè consistunt, ut si Ecclesiæ<sup>i</sup>,  
ubi monachi habitant, populi  
curam habeat, cum per mona-  
chum plebs regi nõ debeat, Ca-  
pellanus ad consilium mona-  
chorum ab Episcopo sit instituen-  
dus: ita ut cõsuetudine, aut quo-  
uis statuto cõtrario non obstan-  
te ex solius Episcopi arbitrio,  
tam ordinatio eius, quàm de-  
positio, & totius uitæ pendeat  
conuersatio. Nec id mirum vi-  
deri debet, cum<sup>k</sup> monasteria i-  
psa, & monachorum discipli-  
na, si nec priuilegio, nec legiti-  
ma præscriptione doceantur  
exempta, ad eum pertineant  
Episcopum, in cuius sunt terri-  
torio constituta.

<sup>h</sup> can. omnes  
basilicæ.  
16. q. 7.

<sup>i</sup> cap. 1. extr.  
cod. et cap.  
1. cod. tit. in  
6.

<sup>k</sup> cap. pen.  
extra. de re  
ligi. domi.  
& cap. 2.  
ext. cod. tit.

De